



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De enceniis vbique locorum celebratis. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

## EVSEBII HISTORIAE

mentis denuo ad mensam altitudinem erigi, & multo maiore splendore atque amplitudine quam illa quæ dum eversa erant illustrari videbamus. Imperatores item ipsi, qui summam rerum obtinebat, ratis legibus pro Christianis sanctis, Dei in nos munificentia permagnam quasi accessionem adiunxerunt. Imperatoris enim Constantini literæ ad episcopos missæ: quibus & honores fuere illis delati: & donata pecunia: quarum literarum voces latino sermone non a ratione alienum erit, ubi opportunum tempus de illis differendi se offeret, in hoc libro, tanquam in illustri quadam tabula inscribere, quò immortalí memorie ad omnem posteritatem omnino commendentur.

*De enceniis vbiique locorum celebratis.*

CAP. III.

**D**einceps celebre spectaculum, nobis omnibus operabile & vehementer desideratum ante omnium oculos proponebatur: dedicationum scilicet festivitates per urbes singulas: templorum nuper exædificatorum consecrationes: frequentes episcoporum in unum conuentus, peregrinorum longe ab exteris regionibus accedentium concursus: mutuae populi in populum benevolentiae, propterea quod membra corporis Christi in unam quasi harmoniam & concentus conspirationem coibant. Quapropter aptè admodum & conuenienter oraculo propheticō, quod futurum erat, mystice præfigianti: os ad os, & iunctura ad iuncturam coalescēbat: & alia eius generis quæ diuinus sermo per obscuram & inuoluta ænigmata deinceps vere profatus est in eandem sententiam. Vna erat sacri spiritus virtus & potentia, quæ per vniuersa ecclesiæ membra permeauit: vna omnium mens & sententia, vna & eadem fidei propensio ac studium, vna ex omnium ore & consentiēs diuinitatis laus: perfectus etiam in summis ecclesiæ præfectis cultus & obseruantia: accurata sacrorum mysteriorum administratio: decori ecclesiæ ritus, interdum psalmorum cantu, & cæteris hymnorum diuinitus nobis traditorum recitationibus, nonnunquam diuinis & mysticis ministis.

Ezech. 37

ministeriis exequendis celebrati: erant item arcana paſſionis ſeruatoris ſymbola. Cuiusque item etatis genus, cuiusque ſexus multitudo, vt maris & fœminæ, totis cogitationis viribus, lœta mente, alacri animo per preces, & gratiarum actiones, Deum omnium bonorum authorem venerati ſunt. Singuli etiam eccleſiarum præſides, qui in conuentibus aderant, ſingulas orationes panegyricas habuerunt: & vt viſ & facultas dicendi ſupperebat cuique, ſic quisque eam celebritatem prædicauit. Tyri autem vir quidam valde modeſtus, progressus in medium, oratione accurate contextam, in ipſa crebra ecclie frequentia, multis præſentibus gregis Christi paſtoribus, qui quiete & decoro audientiam fecerunt, recitauit: inq; ea nomina- tim vnum ſolum epifcopum, facile prætantissimū, deoq; chariſſimum (cuius opera ac studio egregium templum ibi, quod ſplendore omnia templo gentis Phœnicie longe ſuperabat, magnifice fuit extructum) ſummis laudibus extulit: ſicq; dicere ingressus eſt.

*Oratio panegyrica pro ecclieſiarum exædificatione recitata;*

*& Paulino Tyriorum epifcopo dedicata.*

CAP. IIII.

**A** Mici Dei, & ſacerdotes, qui ſacroſancto podera in- dumento, cœleſti glorie corona, diuina vñctione, & ſacrafa ſancti ſpiritus ſtola circumveſtiti, tuq; vene randum noui ac ſancti Dei templi decus Pauline, qui eximiæ prudentiæ inſignibus à Deo exornatus, egregia florentis & integræ virtutis opera, actionesque edidisti, cui ipſe Deus, qui vniuersum mundum ſuo complexu con- tinet, ſui in terra domicilijs ac templi exædificationem reno uationemq; ad Christi, vnici & primogeniti ipfius verbi, ſanctæq; & decoræ eius ſponsæ ecclie honorem con- cefſit: ſiue quis te nouum Befeſeel diuini tabernaculi ar- chitectum velit appellare, ſiue Salomonem nouæ Hie- rusalem veteri illa longe præſtantioris regem, ſiue eriam nouum Zorobabel, qui templo Dei multo maiorem ſplendorem, quam quo anteа nitebat, adiecit: qui e- tiam vos compello, o ſacri gregis Christi oues, diuini

Dd                      verbi